

et cives Rygenses, paulo post, hoc est biduo ante¹⁾ Marie Magdalene, civitatis pars maxima succenditur hora noctis.

Anno domini m^occ^oxcviii^o rex Lettow[ie] depopulatus est Karkhus et fines ejus, revertens vero oppugnatus est a magistro Brunone et suis fratribus apud flumen Thoreyda in octava penthecostes, quod fuit kal. junii, ubi magister B[runo] et multi de suis corruerunt.

Eodem anno Rygenses obsederunt municionem que dicitur Novum Molendinum, ubi occisi sunt et submersi Petri et Pauli.

Anno domini m^oxcviii^o inceptus est ordo Cisterciens[is], anno domini [m^o]cxiii constructa est Clarevallis.

Anno domini m^ocxiii a constitutione domus Cisterciens[is].

Anno domini m^oc^oliii obiit beatus Bernardus primus abbas Clarevallis.

Anno domini m^ocxc habuit initium²⁾ ordo fratrum Theutonicorum.

Anno domini [m^o]cc^oxxv fuit occisus Engelbertus episcopus Coloniensis.

Anno domini m^occc^ov^o fratres domus Theutonicorum adepti sunt claustrum Dunemund[ense] in crastino beati Jacobi.

Anno domini m^occc^ovii^o dimicatum est ante Rygam contra Lettowinos in die sanctorum Processi et Martiniani.

Anno domini m^occc^oxlvi^o edificatum est castrum in Mergenberg sub³⁾ magistro Goswino fratrum per Lyvoniam⁴⁾ per fratrem Gerlacum de Haren advocatum in Rosithen⁵⁾.

1) Davor durchstrichen: post. 2) in initium Hs. 3) Von hier bis zum Schluss eine starke Rasur. 4) fratr. p. L. gehört zu magistro, ist von dem mönchischen Bruder zur Erläuterung nachgetragen. 5) Die Erklärung des ganzen Textes vgl. in meiner angeführten Schrift. Die Schlussbemerkung kann ich mit den hiesigen Hilfsmitteln nicht prüfen. G. Haren ist später als Komtur von Marienburg bekannt, scheinbar 1360—1371, SS. rer. Pruss. 2, 70 Anm. 4.